



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theatrum Conversionis Gentium Totius Orbis; Sive,
Chronologia De Vocatione Omnium populorum, &
propagatae per vniuersum orbe[m] fidei, Christianæque
religionis descriptio**

Mermannus, Arnold

Antverpiæ, 1572

Errata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29996

ter, cōpetat illud An. Senecæ, Qui nimiū
sibi blandiendo nutriuit malū, serò re-
cuset aliquando ferre quod subiit iugū. vel
Platonis illud, Ut tunc demū incipiat cre-
dere, quum incipiet sentire, sempiternū,
quod amplexus est, malū. Plerūque eni m
dediscit animus sero, quod didicit diu (he
resim puta) & illi mors grauis incubat,
qui philautia, & cupiditate glorię tractus,
notus nimis omnibus, ignotus moritur si-
bi: quem vt sol oriēs vidit superbū, neces-
se est (vt fit) occidens videat iacentē. O
quantū est in rebus inane! Tu verò amice
lector, si hac nostra parēnesi philosophabe-
re, bene habebit, eritq. quod gaudeā, & ti-
bi mihiq. congratuler plurimum. Statim
simulatque intelligā, hasce meas demon-
strationes euāgelicas (quas vocat Euseb.
Pamphili Cæsareæ Palæstine Episcopus)
acceptas esse, non omittam referre gra-
tiam, & reliqua quæ in manibus sunt, li-
benter dare. Vale.

Tragoed. 4.
in Phædra.

In Timæo.

Id nuper apud
Gallos & Bel-
gas comper-
tum est, dele-
tis factionum
Tragicarum
capitibus.

*Libellus hic nihil habet S. Romanæ Ecclesiæ fidei contrarium aut
Reipub. offensiuum; immo dignus est vt typis in multorum utilitatem &
commodum exprimat: quod attestor*

*Sebastianus Baer Delphius in sig. Cathed. Ecclesiæ
S. Mariæ Antuerpiensis Plebanus & Canonicus.*

ERRATA. Adnotationes marginales quæ sunt, fo. 16, 17, 18. per-
tinent ad §. illum qui est, fo. 15. de præfectura & residentia S. Petri Ro-
mæ, auctoritatem auctori respondere prudens lector intelliget facilè.